



Univerzita Karlova, Pedagogická fakulta

Sponse magisterská

Scholares clarissimi, examinibus, quae ad eorum, qui magistri nomen ac honores consequi student, doctrinam explorandam lege constituta sunt, cum laude superatis, nos addistis desiderantes, ut vos eo honore in hoc sollemni consessu ornaremus.

Prius autem fides est danda vos tales semper futuros, quales vos esse iubebit dignitas, quam obtinueritis, et nos vos fore speramus.

Spondebitis igitur:

PRIMUM vos huius Universitatis, in qua magistri gradum ascenderitis, piam perpetuo memoriam habituros eiusque res ac rationes, quoad poteritis, adiuturos;

DEIN honorem eum, quem in vos collaturus sum, integrum incolumemque servaturos;

POSTREMO studia humanitatis et naturae impigro labore culturos et provecturos non ad vanam captandam gloriam, sed ut veritas propagetur et lux eius, qua salus humani generis continetur, clarius effulgeat.

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

SPONDEO AC POLLICEOR

Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtinere cupitis, vobis impertiamus.

ERGO EGO PROMOTOR RITE CONSTITUTUS VOS EX DECRETO ORDINIS MEI MAGISTROS CREO, CREATOS RENUNTIO OMNIAQUE MAGISTRI IURA AC PRIVILEGIA IN VOS CONFERO. IN CUIUS REI FIDEM HAEC DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO FIRMATA VOBIS IN MANUS TRADO.

Český překlad

Vážení diplomanti, vykonali jste s úspěchem zkoušky, které jsou zákonem předepsány k prověření znalostí těch, kdož chtějí dosáhnout titulu a hodnosti magistra. Předstupujete nyní před nás se žádostí, abychom vám v tomto slavnostním shromáždění udělili titul, o němž se ucházíte. Dříve však musíte složit slib, že se vždy budete chovat tak, jak to od vás vyžaduje titul, jehož nabudete, a jak to od vás očekáváme.

Slíbíte tedy:

PŘEDEVŠÍM, že trvale uchováte ve věčné paměti tuto univerzitu, na níž dosáhnete titulu magistra a že vždy budete podle svých sil podporovat její činnost a zájmy;

DÁLE, že titul, který vám udělí, zachováte bez poskrvny a bez úhony;

KONEČNĚ, že se budete věnovat s neúnavnou pílí humanitním, přírodovědným a pedagogickým studiím, ne pro získání prázdné slávy, ale pro to, aby byla šířena pravda a jasněji se skvělo její světlo, na němž spočívá blaho lidského rodu.

SLIBUJETE TO NA SVÉ DOBRÉ SVĚDOMÍ?

SLIBUJI!

Nic již nebrání tomu, abychom vám udělili tituly, kterých si přejete dosáhnout.

PROČEŽ JÁ, ŘÁDEM USTANOVENÝ PROMOTOR, VÁS Z MOCI SVÉHO ÚŘADU JMENUJI MAGISTRY, VAŠE JMENOVÁNÍ VEŘEJNĚ VYHLAŠUJI A UDĚLUJI VÁM PŘECHNA PRÁVA A PRIVILEGIA MAGISTRŮ. NA DOKLAD TOHO VÁM PŘEDÁVÁM DO RUKOU TYTO DIPLOMY KARLOVY UNIVERZITY S PEČETÍ.